



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Ingratitudo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

titulis insignitus suam cōsanguineam nupti-
li fœdere copulauit. Quid plura? prohibere
perstitit, excōmunicatus adhæsit, totumque
clesiasticæ cēsursæ vigorem nugarū pueriliū
fabulas deputauit. Cui hoc certe ad diuini
dignationis iudiciū contigit, vt panes de
ptialibus mensis in plateas ante canū ora
iecti minime tangerentur, insuper (o diuina
animaduersionis pauenda seueritas) dum
gidus stat, dū præceptis sacerdotalibus se
humiliat, qui vigilare sibi ad salutem non
in cubiculo dormientem repente de cælis
bus irruens fulmen extinxit. Sic diuini
ris expertus est moriendo sententiā, qui
neri suo dum viueret adhibere contem-
pserat medicinam.

INGRATORVM POENAE.

1.

OB ingratitudinem punitus est gran-
dine primus noster parens Adam de
August. 21. de ciuit. Dei cap. 12. Quanto
gis homo fruebatur Deo, tanto maiore impi-
tate dereliquit Deum, & factus est malo
gnus æterno qui hoc in se peremit bonum
quod esse posset æternum. Hinc est vniuersæ
generis humani massa damnata, &c.

2.
Percurre
vetus tes-
tam. |

Ob ingratitudinem puniti sunt & ceteri
Sæti Iudæi. de his Chrysof. sic contra Iudæos
gentiles & hæreticos: Quanta Iudæis fuit
Deus & permanserunt semper ingrati, &c.

3.

De Ezechia Rege inquit S. Hieron. T.

dunt Hebraei ideo ægrotasse Ezechiam, quoniam post inauditam victoriam Iudæorum, & Assyrii regis interitum non cecinerit laudes domino, quas cecinit Moyfes Pharaone submerso, & Debbora interfecto Syfara, & Anna genito Samuele, &c.

Iudas proditor suspensus crepuit medius. de quo S. Ambrosius. Conuiujs amicitia venenum malitia miscuit. itaque sic ait Dominus (Psal. 54. vers. 14.): Tu vero, &c. Et: illud plus confutat ingratum quod eum tradit qui cum esset Dei filius, propter nos filius hominis esse voluit q. d. propter te suscepi ingratus quod tradis in hypocrisi.

lib. 11. com
men. in E.
sa. c. 39.

4.
lib. 1. de
virginib.

lib. 10. in
Luc. in ca.
22. Luc. ad
verba Chris-
ti: filiū ho-
minis tra-
dis,

POENAE INIVSTITIAE.

CVM Sidonius (Episcopus Arvernensis) sanctam ageret in sæculo vitam, ait Gregorius, surrexere cōtra eum duo presbyteri, & ablata ei omni potestate à rebus Ecclesiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redegere. Sed non longi temporis spatio inultam eius iniuriam diuina voluit sustinere clementia. Nam vnus ex his nequissimis, & indignis dici presbyteris, cum ante noctem minatus fuisset eum de Ecclesia velle extrahere, signum ad matutinas audiens fuisse commotum, feruens felle contra sanctum Dei surrexit, hoc iniquo corde explere cogitans quod die

I.
Baron. an.
Chr. 484.
de gestis
Franc. li. 2.
c. 23.
Que passus
Sidonius à
pauis pres-
byteris.